

CHRISTOPHERVS EPISCOPVS CHIEMENSIS.



Christopherus ex honesta familia in Chari-

thia natus est, anno Domini millesimo quin-

gentesimo uicesimoquinto. Hic in patria sua puer

ad hoc operam literis dedit, & ob præclaram inge-

nij in dolem literarum fundamenta facile percepit.

Inde sese amore studiorum in Italiā contulit, atq;

Iurisprudentiæ incubuit. In ea facultate cum plu-

rimū profecisset, omnium consensu Legum Do-

ctor creatus fuit. Inde in patriam reuersus, Chie-

mensis præsul electus est, Anno salutis millesimo

quingentesimo sexagesimo. Postea sese Salisbur-

gum contulit, & ob certas causas in eo loco habi-

tare coepit. Huius uiri uirtutes ibidem uariæ præ-

dicantur, neque tantum à communis generis hominibus, uerùm etiam à uiris

doctissimis. utpote qui literarum studia unicè promouere, atque suo exem-

plio ad uirtutes omnes alios incitare soleat. Id cum Salisburgi intellexis-

sem, hominem salutare statueram : uerùm alijs negotijs impeditus inter-

misi, atque Passauiam uersus festinando discessi. id quod etiamnum pœni-

ter, præsertim cum in itinere uariæ huius uiri uirtutes passim prædicarentur.

Anonymos.